



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

X. Ablaßbrief mehrerer auswärtiger Kirchenfürsten für ein Hospital zu
Burg, vom 24. Juli 1288.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

X. Ablassbrief mehrerer auswärtiger Kirchenfürsten für ein Hospital zu Burg,
vom 24. Juli 1288.

Uniuersis sancte matris ecclesie filijs, ad quos presentes littere peruenerint, Theoclistus miseratione diuina adrianopolensis, Bonauentura Ragufanus et Johanniicus capado- cie archiepiscopi, Perronius Larinensis, Guillelmus callensis, franciscus terra- cinenensis, Petrus stanensis, Waldebrunnus auellonenensis et Bartholomeus episcopi Salutem in domino. Gerentes in intimis nostre caritatis uisceribus uniuersos cultores fidei cristiane, illos debemus quodammodo liberalius pietatis gratia uisitare pre ceteris, quos paupertatis simul et infirmitatis onere suppressos nouimus seseque nequeunt releuare. Cum igitur dilecti in christo Prouisores Hospitalis in Borch Brandeburgenensis diocesis ad hoc totis uiribus prout accepimus elaborent, ut undique confluentium egenorum pariter et egrotorum suffragari necessitatibus se exponant et non solum ipsos ad hospicia recipiant, uerum etiam ad restaurationem pristinae hospita- tatis uel ad uniuerse carnis migrationem trahentes omnia necessaria sibi laudabiliter administrent peregrinis quoque — poscentibus secundum ipsorum indigentium personarum dignitatem, sicut etiam predictis procuratoribus expedire cernitur, honorifice prouideant, Cumque ad hec sibi proprie non suppetant facultates, uniuersitatem uestram rogamus, quatinus ut cooperatores operum pietatis uestras elemosinas ad continuandum huiusmodi caritatum ministerium hylariter erogetis, ut per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterna possitis gaudia peruenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus uere penitentibus et confessis, qui ad idem Hospitale pro sustentatione pauperum uel ad capellam sibi annexam manus adutrices porrexerint aut in festis Natiuitatis christi, Resurrectionis etc. — causa deuotionis accesserint, singulis singulas quadraginta dierum indulgentias de iniunctis eis penitentiis dum- modo loci Dioecesanus consenserit, Misericorditer in domino relaxamus etc.

Datum Rome, anno etc. M. CCLXXXVIII^o. IX. Kal. Augusti, Pont. domini Nicolai pape III anno primo.

Nach dem Originale des Stadiarchives in Burg Nr. 123.

XI. Erzbischof Erich von Magdeburg schenkt der Stadt Burg den Platz des Kaufhauses
am neuen Markte zur Errichtung eines andern Gebäudes, am 6. Februar 1289.

Ericus, dei gratia sancte Magdeburgenensis Ecclesie Archiepiscopus uniuersis christi fidelibus prebens scriptum uisuris salutem in domino sempiternam. Obluioni locus subtrahitur et labili memorie utili subuentione succurritur, quando res inter mortales acte litterarum testimonio conscribuntur. Inde est quod notum esse cupimus uniuersis has litteras inspecturis, quod ob fauorem specialem, quo ciues nostros de Burch prosequimur, aream quandam in nouo foro burch sitam, in qua quondam constructa fuit domus, que kophus vulgariter dicitur, ad aliam domum in eadem area construendam pro comodo et utilitate eiusdem ciuitatis damus, tradimus et donamus